



26





X.2.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
ADSTRINGENTIUM PERVERSO
IN HÆMORRHAGIIS USU ET EFFECTU,

QUAM AUSPICE DEO PROPIPIO

Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicae,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI,
SACR. MAJEST. REG. BORUSSIAE AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO,
MEDIC. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,
Domino Patrono ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS,

Summisque in Medicina Honoribus &c Privilegiis Doctoralibus legitime impetrandi,
HORIS LOCOQUE CONVENTIS, ANNO MDCCXXIX. D. AUGUST.

PUBLICAE AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBIICIET

RESPONDENS

IGNATIUS DENICLER,

LANDESHUTA - SILESIUS.



HALÆ MAGDER, LITTERIS HENDELIANIS.

AD S. RINGENTINUM PERMERSO

IN HENSCHEINERIS GELT EHLICHT

DN. RINGENTINUS ET C. RINGENTINUS

1500



PROOEMIUM.



Edicina rationalis inter
alia requisita, non modo reme-
diorum selectum, sed & con-
gruum illorum usum comple-
titur, quoniam in imperiti ma-
nu medicamenta, si non ali-
quando ex accidenti bonum, ut-
plurimum tamen perversum & sinistrum usum exse-
runt; siquidem alias remedia præter divinam be-
nédictionem, non nisi sub prudentis & probati artifi-
cis manu salutarem effectum edere possunt; quem-
admodum in communi ordine naturali omnia me-
dia, instrumenta & subsidia in congrua relatione &
comparatione, ut & justo ordine virtutem suam fa-
lutiferam exhibere possunt: hinc in Medicina non
sufficit tantum morbos & remedia nosse, sed potius
præstat probata, efficacia & secura talia remedia jux-
ta rationes subjecti ægrotantis, causæ morbificæ &
ipsius morbi condigne ordinare; & in hac observa-

tione consistit, methodus medendi ac judicium præticum: unde perperam confidentia tantum in hoc aut illud remedium conjicitur, quod in dextra manu dextros & salubres, in sinistra vero i. e. imperita manu, sinistros & perversos prodit effectus: Inter alia remediorum specimina magnam vulgo tenent & possident existimationem sic dicta Adstringentia, quibus ex Galeni judicio multiplex virtus medicamento-
sa adscribitur; unde eadem in multis casibus & neces-
sitatibus, multis sacra quasi anchora existit; quamob-
rem sub variante interpretatione facile hujus tituli re-
media Panaceis & Polychrestis adscribi queant, dum
modo fluidas, modo solidas partes afficiunt, modo
solidas mobiles, modo fixas & immobiles obfirmare
& alterare dicuntur: modo nimios motus coercere,
modo deficientes robore traduntur, adeoque &
materiæ & motu satisfacere creduntur: Seorsim ve-
ro de talibus remediis asseveratur, quod alio usu &
effectu vias & exitus occludant, alio recludent & ape-
riant; nunc resolvant, alibi incrassent, jam fibras
motrices necessario robore instruant, nunc nimio
motu præditas, congrua temperie afficiant: inter-
dum motus excitant, aliquando refrænent; alibi par-
tes augeant, reparent, consolident & restituant, alibi
minuant, imprimis si luxuriari & in superfluam am-
pliationem abire videntur, quamobrem nonnun-
quam contra nimiam obesitatem commendantur:
nunc destinantur ad illum scopum, quo humores e
partibus repellant, alibi quo in partes advehant & im-
pellant, aliquando iisdem calida, nonnunquam frigi-
da facultas tribuitur; modo cerebrum, cor, ventri-
culum

culum aliasque partes robore dicuntur, modo nimios in hisce partibus motus refrænare & compescere debent: propterea cephalica, cordalia, pectoralia, stomachica, hepatica, uterina, splenetica, nephritica varia dantur remedia, quæ de adstringentium prosapia esse solent: quid quod illi, qui specificorum remediorum existentiam aut dubiam & æquivocam, aut fallacem & imaginariam esse putant, illud judicium ferre solent, quod specifica non alia sint remedia, quam quæ ad communem classem adstringentium pertinent: quare ferme pluribus indicationibus therapevticis remedia hujus nominis combinari possent, si secundum communem dijudicationem procedere malimus: ob id etiam contingit, ut aliquando adstringentibus virtus adscribatur plane alterius efficaciæ, quale exemplar occurrit in radicibus bistortæ & tormentillæ, quibus vis alexipharmacæ, aut speciali modo malignitati resistens tribuitur: imo in aliis arduis morbis, quædam remedia illis opposita, quæ peculiari virtute opem iisdem conciliare dicuntur, ex adstringentium classe feliguntur, qualia interdum nonnulla antispasmodica, anticonvulsiva aliqua existunt; & quo effectu magis remedium quoddam se prodit, quam si oppositis effectibus & operationibus inclarescit, qualia remedia seorsim etiam concelebravit Galenus, quæ aliquando aperiunt, interdum retinent & occludunt, excedentes excretiones retinent, retentas & deficientes promovent, quales virtutes etiam adstringentibus adscriptas pasim legimus: Et sane oprandum esset, ut haec tenus

allegatae laudes securis usibus respondeant, ne forte
 interdum æquivocos & fortuitos effectus in deprædi-
 catis illis encomiis aliquando reperiamus: Quam al-
 tisonæ & jucundæ de adstringentibus prædictæ sunt
 promissiones, tam eximiam dissidentiam causantur
 tot sinistri & perniciosi effectus, qui cum talibus me-
 dicamentis excitati fuerant; ubi quidem ob abusum,
 aut malum usum illorum perita & circumspecta ordi-
 natio haud rejicitur, dum in foro therapeutico iis-
 dem carere haud possumus; quare & ista, sicut omnia
 reliqua adminicula medicamentosa artificiosa or-
 dinationem requirunt; attamen diversa experimen-
 ta testantur, quod non omnis artificiosa horum re-
 mediorum commendatio & propinatio sit, quæ pro
 tali haberivult, quin potius crebra testimonia com-
 probant, quam facile & frequenter in multis casibus
 & occasionibus cum illorum adstringentium usu pra-
 vi effectus & perniciosæ consecutiones provocentur:
 & quando morbos chronicos, alias prægressos mor-
 bosos affectus consequentes attento scrutamur animo
 tunc sane in comparatione ad alias causas, multum il-
 lorum adstringentium usui suas debent origines & ra-
 dices: Proinde hæc remedia multis sacram velut ex-
 hibent anchoram, præcipue in largis aut prodigiis ex-
 cretionibus, in quarum cura quidam in præcoci &
 sensus ad minimum tranquillante suppressione & re-
 tentione acquiescat & morbum tali modo curatum
 esse sibi persuadent, cum tamen multi ex prava con-
 secutione sapere & aliter sentire discant, modo ali-
 quando corruptus consequitis morbi status aliquam
 emen-

etmendationem admittat: nec facile quenquam, rerum medicarum gnarum later, quomodo multi Medici & Chirurgi peculiares compositiones & formulas adstringentium remediorum, vario modo commixtas & ut ajunt correctas, possideant & commendent: Inter alias laudes, quæ adstringentibus tribuuntur, inclaruit illa vis, qua præternaturales & excedentes aut incongruas & perniciose sanguinis profusiones compescere & supprimere dicuntur; quod vero in hac ordinatione artificiosa, judiciosa & circumspecta directione indigeant, variis demonstrationibus probari potest: Quam ob rem præsenti Inaugurali Specimine ADSTRINGENTIUM PERVERSUM IN HÆMORRHAGIIS USUM ET EFFECTUM brevi explicatione indicabimus: Adsit nostris conatibus divina Benedictio, ut votis bonis respondeant.

§. I.

Quando de *Adstringentium sinistro usu & effectu in Hæmorrhagiis* differere cogitamus, tunc quoad *titulum* pro illustratione pauca monere placet, videlicet, quod remedia, quæ virtute *tali* praedita in schola medica agnoscuntur, non absolute *deobstruentia* & successum alicujus fluxus opprimentia & sufflaminantia existant, sed talia quæ modo fibras motrices, sive fibrarum tonum ita excitant & adjuvant, ut modo actualis fluxus cujusdam retentio & *occlusio* consequatur, modo alias efficacior & vegetior gradus motus in ius.

iisdem provocetur, quo mediante functio in aliqua parte
 administranda allevatur, modo *præjudiciosus* motus & pro-
 cessus *cobibetur*, quales effectus non raro sub prudenti &
 perita directione ad *salutarem* scopum promoventur, ut ita
in genere inclarescat, quod adstringentia sub manu artifi-
 cis multiplicem *salutem* afferre adjuvent: Quod *siniſtrum*
 usum horum adstringentium attinet, tunc ille precipue
 respicit partim ipsa *remedia potentius* adstringentia, aut in
sensibilioribus & in *excedentes* motuum gradus pronis sub-
 jectis, aut in affectibus *mitioribus* & *tractabilioribus*, qui
 bus *fortiora* talia *remedia adæquata* *haud* sunt, adhibita,
 partim quando quælibet adstringentia in *subjecto inconve-
 nienti*, inopportuno *tempore*, *quantitate suspecta*, *metho-
 do incongrua*, minus necessaria *repetitione*, *præter* ullam
urgentem necessitatem, quando etiam alia, *mitius* & *secu-
 rijs* operantia in aliquo morboſo statu & effectu conveni-
 unt & *satisfaciunt*, ut & quando minus digna *præcau-
 tione*, minus apta corporis *præparatione*, minus follicita *po-
 tentioris* effectus adstringentis *mitigatione*, minus provi-
 da *alienarum* consecutionum *præservatione* adhibita fuere,
 qualem usum dein aut *evidenter pernicioſi*, aut *satis suspecti*,
 aut alii etiam *incongrui* effectus excipiunt, qui morbum
 presentem *exacerbant*, *deteriorant*, *contumaciorem* red-
 dunt, *corrumpunt*, in aliud schema conjiciunt, cum *novo*
superveniente affectu morboſo *complicant*, adeoque diver-
 so modo noxam inferunt; ex quibus effectibus & consecu-
 tionibus facile *siniſter* horum remediorum usus inclarescit,
 ut propterea periti & prudentes Medici *cautum* usum, cum
 iisdem observandum, commendent: conf. *Illust. D. D.*
*Stahl*ius in *disp. de Adstringentium cauto usu*: Quod porro
 per-

perversum adstringentium effectum concernit, tunc ille interdum plane *alias* occurrit, quam quidem intentus & institutus fuit: ita enim inter medicos observatores constat, quod sub diversa applicatione & relatione hæc remedia contrarios effectus edant; hinc Smetius in *Miscell. Med. Lib. 1. ep. 3. p. 33.* testatur, quomodo aliquando *adstringentia imbecilla roborent*, aliquando *partes imbecillas reddant*: Similiter Riedlinus *Lin. Med. An. 1. Mens. August. obs. 25. p. 259.* producit casum, quo confirmat, quod *adstringentia sape non adstringant*: quo loco casum profert, quo testari vult, quod *adstringentia alcum antea obstruetam solverint*: Sic Hartmannus in sua *Praxi Chymiatrica*, ubi de *Mensem suppressione tractat*, ad illos revocandos *Martialia* varia remedia admodum extollit: & quamvis a quibusdam Martis virtus *aperitiva* admodum deprædicetur, tamen Ettmullerus recte de eodem judicat, *Mars semper per se adstringit & terra magis styptica adstringitoriam tantum habet virtutem: aperit vero mars tantum per accidens*, vid. illius *Colleg. Chymic. Lect. 34.* ubi de Marte agit: *perversus* itaque ille est adstringentium effectus, quando hæc evacuationes quasdam excitant & augent, si illas minuere & coercere debent, quando vires enervant, si easdem reficere debent, si partes relaxant, quando easdem *obfirmare* debent, quales *finifri* effectus alias *principali* adstringentium virtuti *minus* respondent: denique vero non *in genere* hunc perversum usum & effectum adstringentium hoc themate notare placet, qui labor amplior & diffusior esset, sed tantum *Hæmorrhagias* selegitimus, in quibus remedia hæc alioquin facile & cum multa spe ac promissione ordinantur, quæ tamen non raro *alienam* in iisdem operationem exserunt.

B

§. II.

§. II.

In generali hac disquisitione *Practica* significamus quod sinistri usus & *perversus* effectus *Adstringentium* observetur in *Hæmorrhagiis*, præcipue *spontaneis*, largis licet, tamen in relatione ad subiecta non *superfuis* & absolute pernicioſis, quando eadem de tali vegeto naturali *robore* pollent, quo præter reliquum *bonum* & avidum appetitum & *plenum* victum, in sanguificationis negotio distinete *operosa* existunt, unde etiam facile & cito multam sanguinis copiam colligunt & continent, quamobrem ob alias *concurrentes* causas in *liberales*, sufficentes & *largas* sanguinis profusiones inclinant: proinde in subiectis *junioribus*, *sensibilioribus*, aut ratione *temperamenti* in motus strenuos & præcipites valde *proclivibus*, nec non ex *bæreditaria* dispositione aut *confuetudine* ad *coacervandum* & *evacuandum* sanguinem valde dispositis, aut cum *repetita* & *lacri* Hæmorrhagia cum eximia *euphoria* sublevatis, *adstringentia* remedia facile *sinistrum* effectum edunt: præterea idem contingit in subiectis imprimis *calidi* temperamenti, *moribus* strenuis, *impetuosis*, præcipitibus, variantibus, inconstantibus aut morosis, nec non frequentibus *animi pathematis* præditis: multis *arduis* & difficilibus *animi* operationibus occupatis, in valde *laborioso* & *mobilis* vita genere negotiosis, crebris animi & corporis *exæstuationibus* expositis, in *diæta bona*, *plena*, *pingui*, *aromatica* & *spirituosa* viventibus, multiplicibus *excessibus* in *diæta* deditis, præcipue *crapulæ* aliquando indulgentibus, indeque sanguinis commotiones *orgasticas* saepius invitantibus & revocantibus: præter hasce circumstantias *adstringentia* facile in *Hæmorrhagiis* *inimica* evadunt,

dunt, quando tales Hæmorrhagiae periodicae existunt & unquam hac stataria invasione vel salubres fuere, vel ex e-jusmodi salutari genio continuant, attamen in proximo progressu quoad nonnullas qualitates declinant & exorbitant, aut vicario actu ex insolito licet loco insolitoque tempore prægressas salutares & consuetas Hæmorrhagias compensant: quando porro erumpentes Hæmorrhagias mox in initio sui successus magni orgasmi sanguinis & fortes ac teneaces congestiones comitantur, quando sanguis talium subjectorum valde tenuis existit, quando talibus Hæmorrhagiis reliquæ ordinarie excretiones immutatae & sufflammatae sunt, velut peripherica, per striatum cutis, refectionem & congestionem sanguinis ad locum apertum, unde horripilations extremitatum ortum trahere solent, vel si alvina excretio retinetur, urina parcus secernitur & excernitur, adeoque motus congestorius præsentem Hæmorrhagiam tenacius urget & comitatur: quando insuper Hæmorrhagiae quædam, alias solutares sanguinis evacuationes subsistentes, vicario modo ex insolito loco con sequuntur, difficilius vero inde erumpunt, parcus fluunt, contumacius tamen & impetuosius suo molinine eluctatorio prosequuntur, tunc accelerata & liberali manu propinata adstringentia eminens damnum causantur: si pariter in subiectis valde plethoricis, carnosioris habitus Hæmorrhagiae cum magno sanguinis orgasmo & forti congestione stipatae procedunt, insuper etiam adstringentia mox in primo hujus profluvii accessu parca quantitate offeruntur, tunc eadem interdum præsentem Hæmorrhagiam magis augent & ad excessum disponunt, dum fibris motu congestorio jam qualificatis majus robur addunt, ac præsentem congestio-

nem *augent*, cui sanguis alias *commoratus* facile obtemperat, ut majori copia effluat: si vero adstringentia plenariam fibrarum, maxime circa locum *excretionis constrictiōnē* cauſantur, tunc etiam præſentis Hæmorrhagiæ plenariam op- preſſionem ſive *occlusionem* conciliant.

§. III.

Quod vero nunc *Hæmorrhagias*, in ſpeciali indeole obſervandas, attinet, tunc primo loco *Narium Hæmorrhagias* ſub diſquifiſiōnē ducimus, quæ quando modice & placide ſuccedunt, nulla tali coaſtione & adſtrictiōne in- di- gent: neque etiam illas in valde *plethoraſis* ſubjeſtis, præcipue *calidi* temperamenti & diaetæ ſpirituofa fruē- tibus, aut quando *impetuofe* erumpunt, ex cauſis *sanguinem volde* commoventibus, imprimis *moralibus* & *patho- ticas* natis, magna & forti *congeſtione* præditiſ & instru- etiſ, ſubitanea & liberali ordinatione conve- niunt; tanto minus ſi ſpon- te exoriuntur & antehac *ſalutares* effectus præſtiterunt: quo etiam plurimæ illarum circumſtantia- rum perte- nient, quæ in generali præmissa traſta- tionē an- note- ſunt: neque oblivioni tradenda ſunt tales Hæ- morrhagiæ *narium* in natu *proiectioribus* aut *ſenectuti* proximioribus ſubjeſtis, in quibus repente propinata ad- stringentia *eminenter perverſum* effectum edere ſolent, ita ut ex effectu, eventu & conſecutione *malus* & *imperitus* illorum uſus dijudicari, *æſtimari* & *agnosci* queat; hu- laudabili ſtudio & prudenti obſervatione advertit *Excell. D. D. Strabliuſ in disp. allegato f. 27. & 28.* qui etiam *f. 26.* *metaschemarismos morborum*, in hac obſervatione ſedulo & ſollicite annotandoſ, commendat: quæ *damna* & *affectuum* ſpecimina e *perverſo* adſtrigentium uſu in tali- bus

bus Hæmorrhagiis orientur, paucis indicabimus: itâ *incongrue cohibita* talis Hæmorrhagia causatur aliquando graves, pertinaces & ægre coercibiles *dolores capitis*, *ophthalmiam*, *lippitudinem*, *visis obscuracionem*, *catarchos fixos capitis*, *Vertigines*, *spasmos insolitos*, *epilepsiam*, *e-phemeram simplicem* aut plurium dierum, *polypos narium*, *pustulas* & *efflorescentias faciei*, *inflationes narium*, qualem casum *A.N.C. Dec. 2. an. 8. obs. 226.* allegant, qualis etiam *Dn. D. Præsidi* innotuit, ubi filiole narium hæmorrhagia *præmature* cum adstringente cohibita fuit, unde mox *nasus rubicundo tumore* & consequente *Erysipelite* correptus fuit: proinde exempla constant, quomodo *Hæmorrhagia narium* cohibita *Apoplexiæ* invitaverit; conf. *Hildanus Cent. 3. obs. 11. Wepferus & Schneiderus* ubi de causis & curatione *Apoplexiæ* agunt: hinc *Platerus de obseruat. propri. (quem Schenckius lib. 1. obs. 1. de apoplexia allegat)* dicit: *apoplexia etiam oritur, si suppressa sit aliqua sanguinis evacuatio, præc. si Hæmorrhoidum fluxio consueta cohibita fuit: aliquando itaque sanguis in cerebro per tenerrima vascula rumpit & extravasationem subit, quandoque alium insolitum locum eruptionis invenit, qualem casum allegat Camerarius in obseruat. propriis & Schenckius lib. 1. de naribus sub tit. promiscua obs. 5. cum inscriptione: sanguis post restinctum fluxum narium ex oculis emanans: ita constat Dn. D. Præsidi* ubi *Theologus Hannoveranus ex Hæmorrhagia narium cum adstringente suppressa, in subitanam & incurabilem cæcitatem* incidit: *huc quadrant casus observatae fatuitatis aut plane delirii a suppressa tali hæmorrhagia vid. Gobelchoverus Curat. & observat. medic. Cent. 3. curat. 78. Hoechstetterus decad. 2.*

cas.9. commemorat fuggillationem corporis ex narium Hæmorragia cum adstringentibus remedis suppressa, ortam: quomodo suppressæ tales Hæmorragiæ ad phrenitidem, anginam, peripneumoniam, affectus pleuriticos, Hæmoptysin ejusque molimina, asthmata, tusses siccas & valde intricatas, tumores colli & capitis contribuant, nec non ad difficultem respirationem, rheumatismos, affectus arthriticos &c. attentis practicis incognitum esse haud potest: & quæ alia abscondita & intricata mala ex ejusmodi cohibitione ortum ducant, in scrutinis & obductionibus mortuorum denique inclarescit: imo Gabelchoverus Cent. 5. curat. 37. mortem ex cohibito sanguinis profluvio per nares in Cephalalgia epidemica recenset: Morbillos narium Hæmorragiam suppressam secutos enarrat Salmusb. Cent. 3. obs. 31. Ex ejusmodi testimoniis facile liquet, quod vera sit Thoneri observatio lib. 4. obs. 4. p. 227. de sanguinis effluxu inhibendo, quam periculose, ubi de alia specie hæmorragiæ e capite procedentis ita profitetur, et si ex observationibus Medicorum constet, si natura molita sanguinis excretionem per gingivas, eo represso, ad vias urinarias se converterit: &c. unde liquet, quomodo adstringentia naturam in libera & ordinata sua operatione turbent & varios connexos perversos effectus exferant; quos peritus Medicus vitare potest & debet, si cautum adstringentium usum observat. Nec desunt etiam exempla, quibus probari potest, quod adstringentia oblata, sub praesente fortiori congestione & sanguinis majori orgasmo, non modo abdominis viscera firmius occludendo, sed & eo ipso sanguinis largiorem affluxum ad caput augendo

&

& confirmando, narium Hæmorrhagias exacerbaverint
& in ominosiorem excessum deturbaverint.

§. IV.

In *Hæmoptysi*, quem *perversum* sape usum adstringentia proferant, multa exempla & peritorum medicorum suffragia comprobant: etenim quando in hac specie Hæmorrhagie *confestim* talia remedia, præcipue *potentia*, aut *copiosa* & *frequenti* continuatione propinrantur, vel *subitaneam* aliquando *suffocationem* causantur, dum in pulmonum cellulas *copiosus* effusus & extravasatus sanguis, nec antrorsum, neque retrosum progredi, adeoque *expectorari* haud potest; unde *obruntur* pulmones, *majores* bronchiorum canales *occluduntur*, aërisque accessus intercipientur, sicque *suffocatio* excitatur: non nunquam talia remedia sanguinis excretionem quidem *cōbibent*, sed gravem affectum *asthmaticum*, semi suffocativum excitant & morbum valde *angustantem* provocant: aliquando gravem & lethalem *peripneumoniam* causantur, hinc *Ettmüllerus*, ubi de *Hæmoptysi* in Praxi tractat: dicit: *interna adstringentia ante & sine avertentium administratione, non facile usurpanda, ne sanguinis inconcinnam suppressionem suffocatio aut peripneumonia excipiatur:* quidquod *Schenckius lib. 2. sub. tit. hæmoptysi mortui obf.* cui inscriptio *adstringentium intempestivo usu hæmoptoicus moritur, testatur, quam perniciosa horum remediorum usus fuerit in hac Hæmorrhagia; porro haec remedia ad Febrilium motuum complicationem cum Hæmoptysi disponunt;* nam quando effluxus sanguinis repente supprimuntur, a tergo vero in pulmonum *substancia* sanguis strenue & affatim affluit, tunc facile periculosa *stagnatio & fæsis*

sis sanguinis in pulmonum *cellulosa & membranosa* sub-
 stantia & textura oritur, cui aliquando *inflammatio* cum
 febre, aliquando *sola febris* supervenit: præterea hæc re-
 media quemlibet hæmoptyseos gradum in certam & ac-
 celeratam phthisin disponunt: id quod peculiari observa-
 tione notat *Celeb. Stahlius disp. cit. s. 29.* siquidem hæc re-
 media *premature fluxum sanguinis opprimunt*, adeoque
 efficiunt, ut *occlusa magna sanguinis extravasati copia ci-
 to in corruptionem ruat & pulmonum substantiam afficiat*:
 nec non ab hoc *incongruo adstringentium usu evenit*, ut
 pulmones *indurentur*, tusses & *asthmata sicca* conse-
 quantur, *polypose concretiones in pulmonibus & corde o-
 riantur*, quæ reliquum affectus *successum tanto certius
 incurabilem reddunt*, aut id efficiunt, ut *citius Hæmo-
 ptysi tabes & hecita cum reliquarum ordinariarum eva-
 cuationum perturbatione aut obstructione accidat*, hoc
 que modo vitæ finem acceleret: quid quod constant ca-
 fus in praxi medica, ubi *subito cum adstringente suppressa*
*Hæmoptysis immutata fuerit in gravem vertiginem & o-
 popplexiam ex repentina regurgitatione & congectione san-
 guinis intra caput transeunte & impetuosam ac pertina-
 cem excretionem vicariam sanguinis e capite urgente*,
 quæ vero in tales fonticas progressus sanguinis per cere-
 brum *sufflammationes & stagnationes*, aut *perruptiones*
 & *extravasationes* lethales *intra cerebrum*, degenerat:
 hic referri merentur *specialissimi perversi adstringentium*
 effectus in hæmoptysi, velut per intervalla corripientes,
 strangulationes faucium, vehementes *palpitationes cordis*,
 raucedines continuæ, *orthopnoea & distincta dyspnoea* cum
 mirabili *complicatione* aliorum pathematum pectus affi-
 gen-

gentium, frequentes *lipothymici* insultus, *spasmi* & *convulsiones*, dolores sensibles, attamen absconditi, *pectus afflicientes*, *concurrus adematosi*, *hydrops*, *pectoris* & *periocardii*, *concretio pulmonum* cum *pleura* & adhuc alii, ejusdem *intrecatae* qualitatis, affectus, quos adstringentia *facilius* excitant, quando *imperite* in *Hæmoptysi* adhibita fuere: imprimis vero hæc remedia in hac etiam afflictione excretiones *admodum* necessarias cum magno damno *perturbant*, sicut illi, qui antehac *facilem* aut lubricam *alvum*, liberam & promptam *diaporesin*, sufficientem & aequalem *diuresin* experti fuerant, nunc varias *difficultates* in harum excretionum *successu* subeunt, ut ne quidem *remediis*, illarum excretionum *promotionem* concernentibus, *ataxiae* tales facile obtemperent; unde *confectoria* prægressæ *hæmoptyseos* eo magis *intricata* redduntur, siquidem alias hæc *adstringentia* in *Hæmoptyseos* cura facile ad *corruptorum* morborum geneses contribuunt: quæ observationes practicæ perinde necessarias *cautelas* subministrant, quo in *periculosa* tali *Hæmorrhagiarum* specie remedia præsentis disquisitionis *admodum provide* & judiciose adhibeantur; siquidem illa denique etiam hunc *perversum* effectum exserunt, ut loco *securæ* & *fundamentalis* curationis *Hæmoptysin* *miriorem*, quam *subiro* cohibuere, ita disponant, ut brevi intervallo *magno* iterum & ut plurimum *lethifero* impetu irruat & *singularem salutem* deteriorationis, quam attenti observatores in *perverso* *adstringentium usu* & *effectu* inquirunt & inveniunt, exhibeat.

§. V.

Nunc in ordine de *Vomitu Cruento* quædam anno
C tabi-

tabimus: hic teste experientia & referente *Illustr. Dn. D. Stablio l.c. §. 30.* facta jam notabili excusione, inter hujus generis fluxus fere patientius adhuc fert adstrictionem: at tamen quod haec adstringentia in hoc affectu aliquoties sinistre adhibeantur & operentur, perinde testimonia practica prostant: quid enim utilitatis expectari debeat a *præcipiti* hujus vomitus obstructione, quando adhuc in *primo* suo *impetuoso* accessu & effluxu est, dum affluxus & congestio ad ventriculum fortiter insistit, quando *tota massa* sanguinis in magno orgasmō, alvus etiam valide occlusa, peripheria valde constricta, adeoque sanguis *ex hac* in *interiore* corporis regionem copiosius repressus, motus insuper excretorius valde exacerbatus & immoderatus, cause, quae hunc vomitum proximius provocarunt *potentioris* efficacie fuere, facile judiciosus medicus agnoscere poterit; siquidem sub *tolibus circumstantiis* adhibita adstringentia communiter *sinistrum effectum* offerunt: inde enim oriuntur eximiae angustationes & suffocative cardiolgiæ, transitus congestionum intra pectus cum molimini bus *hæmoptycis*, aut intra caput cum intricatis molestiis *cephalalgicis*, *bemicranicis*, *vertiginosis*, *apoplectodeis*, anxietates *præcordiales* cum vehementi palpitatione cordis, *hypochondriorum* gravissimi dolores & acutissimo sensu stipitate *inflationes hepatis* & *splenis*, *spasmi semi convulsivi*, cum metu suffocationis in *diaphragmate*, acerbissimæ constrictiones *colicæ* & in *mesenterio*, atrocissimi & corrupti affectus spastici *hypochondriaci*, morfiantes *ventriculi* dolores, vani conatus *vomibundi*, cum multa angustia conjuncti, singultus periculosi, lethales *inflammationes* & *convulsiones ventriculi*, aliquando plane subitanea

mors

mores, talem perversam Vomitus cruenti adstrictionem & suppressionem excipiunt, qualis casus allegatur in A. N. C. dec. i. an. 3. obs. 24. interdum ejusmodi adstrictionem sequitur dejectio alvina croris nigricantis & fere picei, conf. A. N. C. dec. i. an. 10. obs. 20. & Excell. Dn. D. Stablii disp. de Motu Sanguinis & viis & crassi non pendentibus viis &c. sic Schenckius lib. 3. de sangu. vomitu obs. 6. fol. 329. commemorat casum sub titulo: *Vomitu sanguineo annuam detenta matrona, præf. tempore Mensum, valde adstringentibus usa, arthritidem & gravem Cephalalgiam incurrit*: præter hæc consequuntur aliquando *sinistrum adstringentium usum*, in Vomitu cruento ulceræ aut spbacelus ventriculi, concrementa in ventriculo carnosofungosa, *induratio splenis & heparis, inflammationes in hisce visceribus, ulcerationes, heætica, hydrops, icterus cum heætico conjunctus, præc. niger, ædematosi pedum tumores, tympanites, contracturæ, constans virium & appetitus prostratio, dolores in sinistro hypochondrio perennantes, variaque alia pathemata*: singula hæc afflictionum morbosarum specimina nituntur præcipue valde *impedito & turbato progressu sanguinis per Vena Portæ propagines & cum eadem, per connexa viscera, in quibus facile stagnationes & stases humorum & consentientes aliae vel in bonum, vel in sinistrum & malum abeuntes effectum, oriuntur, qui posteriores vero usitatiōes esse solent; & quemadmodum alijs impeditum progressum sanguinis in Vena Portæ graves spasmi comitari solent, (id quod Excell. D. D. Stablius in disp. de Vena Portæ, porta malorum, de Motu tonica vi tali & in multis aliis locis, velut ad oculum, demonstravit) ita ejusmodi consequentes affectus ejusdem prosapiæ esse*

solent, dum per *adstringentia* provocati sunt, quæ remedia alias fibrarum motricium *stricturam* augere solent; ast quoniam *adstringentia* interdum *Hæmorrhagias provocare & exacerbare* solent, ita hujus observationis testem produco *Riedlinum*, qui in *Lin. Med. An. 6. Mens. Julio obf. 10. p. 764.* casum allegat, quod *acetum* (quod vi sua *adstringente* satis cognitum est) sub *Mensum fluxu largius haustum*, hujus *retentionem & Vomitus cruenti* subitaneam *eruptionem & invasionem* excitaverit: de qua observatione author ita sub finem judicat: *Studiose vitanda esse tempore Mensum ea, quæ motum eorundem retardare, aut inhibere quovis modo possunt hæc linea sat confirmat; sanguis enim ille in motu constitutus, si præsertim sit subtilior & viae consuetæ eidem intercludantur, retrocedens turbas mouet & ubi vis exitum querit, quem hic in ventriculo inventit, in aliisque per minus adhuc consueta loca invenisse historię medicorum testantur.*

§. VI.

Quæ *damna adstringentia* sub *Mensum fluxu* aut *legitimo*, aut *largo & excedente* incongrue adhibita pariant, omnibus peritis Medicis abunde constat, ita ut hæc *observatio peculiarem disquisitionem* mereatur, quam tam in compendio annotabimus: haud vero quisquam sub *legitimo Mensium successu* *talia* adhibebit remedia, nisi *sub diæta* cum *adstringente* subiecto error committatur, aut *sub alio morbo*, quo durante, *Menses sua periodo fluere* solent, hæc medicamenta *priori* affectui opponantur, quæ vero hunc *Mensium fluxum* offendunt & turbant, v.g. quando ad *fugandam febrem*, ad *coereendam dysenteriam, diarrhœam* *adstringentia* propinantur, quæ fluen-

fluentes nunc Menses cohibent, tunc facile fontica inde pa-
themata provenire solent, quæ gravitate & accelerata in-
vasione discrepant, secundum subiectorum aliarumque cir-
cumstantiarum conditiones & diversitates: hinc historia
practica testatur, quod repentina Mensium *suppressio* su-
bitaneos periculosos, imo aliquando lethales affectus pro-
vocaverit: aliquando vero talem suppressionem *lentius*
ingruentes & *diutius* insistentes affectus excipiunt, quales
observatores, ubi Mensum *suppressionem* pro themate &
titulo habent, ferme innumeros allegare solent: repentinam
talem retentionem consequuntur *cardialgiae suffocative*,
convulsiones lethales, *inflammationes uteri & intestino-*
rum, aut aliorum etiam viscerum, *febres acutæ*, cum *deli-*
riis, aliquando plane phreniticis, conjunctæ, subitaneæ
asthmaticæ suffocative spastica afflictiones, impetuose &
pertinaces *congestiones caput, pectus*, aut *hypochondria oc-*
cupantes, enormes & excedentes profusiones sanguinis
ex *insolitis viis*, *apoplexiae* plane *lethales*, *cardialgiae synco-*
pticæ, aut cum anxiō vomibundo conatu conjunctæ; nu-
merum talium affectuum horrendorum & periculosorum
augent, *epilepsia* aut aliæ mirabiles *convulsionum* species,
quæ nonnunquam incantamentis adscribi solent, quarum
D.D. *Præses* mentionem fecit in *disp. de Mensium anomaliis convulsivis*: Proinde vero *adfricti* & *suppressi* Men-
ses invitant alias *vicarias*, ex *insolitis viis* procedentes, *san-*
guineas fluxiones, velut *Hæmorrhagiam narium*, *Hæmo-*
pyrin, *Vomitum cruentum*, *Hæmorrhoides*, aut *molimina*,
has Hæmorrhagias respicientia, videlicet *acutas Cepha-*
lalgias cum *spasticis motibus stipatas*, *Rheumatismos acu-*
tos, *erysipelaceas* *capitis inflammationes* cum *Febre con-*

junetas, ominosas vertiginosas perturbationes, spasmos in
 collo afflgentes, odontalgias atrocissimas, asthmata variae
 speciei, maxime sicca & spastica, anginodes commotio-
 nes, aut plane cynanobicas, vehementes & frequentes pal-
 pitationes cordis, polypos cordis, spurias & veras pleuriti-
 co-peripneumoniacas afflictiones, strangulatorio-suffocati-
 vas comminationes, spasticas arthritico-rheumaticas com-
 motiones, contracturas, splenis & hepatis infarctus, passio-
 nem hysterical, colicam simplicem & convulsivam, varios
 Mesenterii morbos multiplices anomalias haemorrhoidales,
 fluorem album cum multis spasmodis ac doloribus stipatum,
 Epilepsiam hysterical, affectus cacheticos, chloroticos,
 Tympaniten, Leucopblegmatiam, anasarcam, tabem, ulce-
 ra in & externa, hecticam, praecipue obstructions alvi,
 glandularum mesentericarum & reliquarum primarum vi-
 arum, sterilitatem, tumores & ulcerationes uteri & conne-
 xarum genitalium muliebrium, in certis subjectis affectus
 nephriticos, podagricos, arthritico-rheumatico-podagricos,
 cedematosos tumores, intricatam & pertinacem dyscrasiam
 humorum, quæ non nisi fluxus menstrui tempestiva revo-
 catione aliquo modo corrigi potest; ex hac tenus vero
 commemoratis facile liquet quanta morbosarum afflic-
 tionum congeries concatenata sit, quæ, sicut a qualibet Men-
 sium oppressione facile oritur, ita eo vehementius & con-
 sumacius illæ invadunt, quando per adstringentia reme-
 dia Mensium fluxus incongrue cohibitus fuit; qui emi-
 nentes sinistri effectus in praxi medica memori mente ob-
 servandi sunt: de quibus etiam notamus, quod hac tenus
 memorati consequentes morbi communiter corruptorum
 morborum classi annumerari debeant, adeoque ægre mi-
 tiga-

tigari, ne dum quidem constanti, aut certa promissione integrare curari queant.

§. VII.

Dum uteri purgamina sanguinea aliquo modo observamus, ita in hoc ordine & nexu Lochiorum mentionem facimus, quae perinde ex incongruo Adstringentium usu magna, frequentia & evidentiā detrimenta sustinent; repentinam talem Lochiorum adstrictionem excipiunt inflammations uteri, febris inflammatoria, periculosisimum uteri eryspelas, quod tam atro carbone notat Hippocrates, Convulsiones uteri, Colicae convulsivæ, hystericae passiones convulsivæ & strangulatoriae, gangrena & sphacelatio uteri, cardialgia suffocativa & syncopticæ, vomitus pertinacissimi, phrenitis, apoplectici insultus, asthma spasticum, Febres acutæ, purpura febrilis periculosissima, molimina haemoptysica, aut actualis haemoptysis, deliria, indurations splenis & hepatis, uteri scirbus & cancer, aut aliquando hydrops uteri, aut concrementa uterus molestantia, tympanitis, Ascites, pectoris, heptica, diversi morbi corrupti, ad spasmorum prosapiam spectantes, contracturæ, paralyses, spasmī fixi, passio iliaca, pertinacissima alvi obstrūtio, asthmata etiam secca valde refractaria, acutissimi capitis dolores, sterilitas, fluor albus acris & pertinax, ulcera partium genitalium, edematosi tumores, cum rheumatismis & eryspelaceis commotionibus conjuncti, alliarum ordinariarum excretionum eximiae perturbationes; & inde etiam propullulantes affectus morbos, repentinæ, pertinaces & periculosæ congestiones ventriculum, hypochondria, pectus & caput corripientes & in aptis subjectis, sub certis circumstantiis in perfectas inflammationes abeunt,

tes,

tes, contumacissima & pertinacissima pathemata *hysterica*,
 mirabiles & horrendi motus *convulsivi*, cum gravi *rationis*
 corruptione & perturbatione conjuncti, peculiares abscon-
 diti *abdominis* & *uteri* tumores, quale exemplum allegat
Riedlinus Lin. Med. An. 6. Mens. Aug. obs. 10. p. 890. seq. qui
 etiam illam observationem suo testimonio confirmat, quod
 si non confessim *Lochiorum* oppressionem *morbosa* pathemata
 sequantur, tamen post aliquot annos ejusmodi damna
 ab eadem causa proveniant: ob id quædam fæminæ afflictæ
 miseri morbos *chronici* sui status *prægressum* quoddam *pu-*
erperium significare sciunt: aliquando ab ejusmodi Adstringen-
 tium usu originem trahunt *Mola* & *prægrandia* *concre-*
menta in *uteri* cavitate: Simile quid judicandum est de *Hæ-*
morrhagiis uterinis, Mensium plenariam cessationem con-
 sequentibus, quæ quando *præmature*, aut *incongrue* cum
adstringente remedio *obstructa* fuere, plurimos prædicto-
 rum affectuum post se trahunt, præcipue *convulsiva hyste-*
rica pathemata, *asthma* & *catarrbum suffocativum*, *ædemati-*
os tumores, *ascites*, *tympanitem*, *colicam convulsivam*,
hecticam & *ulcera uteri*: quo loco reminiscitur *D. D. Præ-*
ses alicujus casus practici, qui ante plures annos sub ejus di-
 rectione medica fuit, ubi fæmina honesta post quinquasi-
 mum ætatis annum aliquoties ominosam & molestam uteri
Hæmorrhagiam perpetua fuerat, a qua sub consiliis *D. D. Præ-*
sidis ipsa sine mala consécutione liberata fuit; quæ ve-
 ro, quia quoad *diætam* & *animi* moderationem salutaribus
 consiliis minus obtemperavit, novos ejusdem *Hæmorrhagiae*
 insultus invitavit, quorum unum ipsa proprio ausu ad-
 stringente remedio cohibuit; & licet antea tale tentamen a
D. D. Præside interdictum fuerit, sub præfagio metuendi
asciti-

ascitici affectus, tamen post adstringentis clanculum adhibiti usum, illa fæmina intra quinque septimanarum spatium Hydropem ascite expiravit: Quando porro in hoc nexus in memoriam vocamus *Hæmorrhagias*, quæ abortus comitari solent, tunc illarum infelicem tractationem cum adstringentibus judicisè annotavit & taxavit, *Celeb. D. D. Stablius l. c. s. 33.* nec non in disp. de *Abortu & factu mortuo*: temerariae enim harum Hæmorrhagiæ adstrictiones, non modo reliqui salubris Menstrui processus gravissimam perturbationem, imminutionem & suppressionem, sed & predictos acutos uteri inflammatorios affectus invitant, nec non acerbissima pathemata hysterica, cardialgico-strangulatorio-suffocativa, convulsiones hystericas, molarum geneses, morbos corruptos, cachecticō-hecēticō-spaſticos, *Hydropem & flatulentam extensionem uteri, ulcera uteri-na, consuetudinem abortiendi, cum consequente Hecētica, nova molimina Hemorrhagica in utero cum pertinacissimis spasmis & congestionibus stipata, actualia enormia repullulantia profluvia cruenta uterina anomala, cardialgias, velut per paroxysmos vehementer angentes & cum lipothymis conjunctas, perpetuam sterilitatem, aliarum solutorium excretionum graves confusiones, præcipue retentiones, spasmos in- & externum corpus affligentes, causantur: interdum etiam adstringentia remedia mitiores tales Hæmorrhagias in excedentem & prodigium statum conjiciunt, cuius ultimæ observationis aliquot exempla & specimina commemorare possemus, si ratio instituti & temporis concederet, interim illius veritas in facto attentis medicis incognita esse haud potest.*

§. VIII.

In serie Hæmorrhagiarum nunc succincta disquisitione *Hæmorrhoides* annotationem merentur, quæ vel in primo *accessu*, vel in proximis *moliminibus*, vel in plenario *successu* ab *Adstringentium* remediorum usu *facile & valde* affici & alterari possunt; quæ observatio hujus Hæmorrhagiæ *distinguam* sensibilitatem manifeste comprobat; quemadmodum *mixtioris* efficacia adstringentia in hoc processu *hæmorrhoidaliam magnam* operationem praestant: quamobrem generali quodam monito valde raram, refractam & circumspectam illorum ordinationem commendamus: etenim vel *unica adstrictrorii effectus medicina*, ejusque *unicus usus*, aut *in - aut externus*, totam *salutarem* hujus fluxus destinationem invertere & *corrumpere*, quid quod valde *perniciosos consequentes effectus provocare* potest, imo proh dolor, sœpe suevit, qui *alia methodo* haud *emendari & corrigi* potuerant: Et meretur sane judiciosam observationem, quod *infelix & incongruus usus adstringentium* in *primo accessu* motuum hæmorrhoidalium, intricatos, corruptos, refractarios & complicatos morbos accersere queat, quos illi, quibus *Hæmorrhoidum negotium & adstringentium relatio* ad illud haud condigne cognitum est, haud *a tali profapia derivare* sciunt & volunt; unde sœpe *saltus ad alias causas* formatur & *curationis ex alio fundamento instituta minus prosperis successibus gaudet*: attamen *sinister usus adstringentium in Hæmorrhoidaliam negotio*, multiplices *sinistros* habet effectus: haud quidem nobis in præsentiarum de tali *craffo* *judicio*, aut rectius crudo *prajudicio* sermo est, quod *Hæmorrhoides promiscue*, utpote nudè *præternaturales & absolu-*

absolute insalubres sanguinis profusiones coercendæ sint,
 sed illam tantum sollicitudinem intelligimus, qua aut *languor*, aut plane *excedens*, aut cum *doloribus* stipata hæmorrhoidalis commotio & fluxio *sabito* adstringentibus profligatur, unde lerna & caterva malorum evolat & propulsat; ad hunc censem pertinent, *inflammationes* & *ulcerationes* in locis hæmorrhoidalibus, ut & seorsim *fistulae*, *colicae* hæmorrhoidales, *gangrena* & *spacelus* intestinorum, atrocissima pathemata *hypochondriaca*, *splenetica*, *hepatica*, *nepritisca*, *cardialgica*, *vomibunda*, *podagrifica*, *arthritico-colico-podagrifica*, *mictus cruentus*, *dysuria*, *asthma sicca* & *spastica*, *cotarrhus suffocatus*, *polypi* & *patitatio cordis*, varia concrementa, tam in *confiniis* locorum hæmorrhoidalium, quam in reliquis *externis* regionibus corporis, molimina ad *vomitam cruentum*, aliquando ad *Hæmoptysin* tendentia, *vertiginosæ* perturbationes, *apoplecticae* comminationes, aut *actuales* invasiones, *indurationes* viscerum, impr. *splenis* & *hepatis*, *icterus*, *œdemata*, *cachexia*, *hydrops*, *beistica*, *gravis oppressio pectoris*, partium genitalium multiplex offensio, transitus congestionis ad *ventriculum*, indeque orientes diversæ *ventriculi* afflictiones, præcipue *angustia* post pastum, frequentes *anxiæ* urgentes conatus *vomibundi*, *concoctionis* perturbatio, *vomitus cruentus*, *melancholia hypochondriaca*, *mania*, pertinax *obstrutio alvi*, indeque proveniens *ileus morbus*; quales numerosos consequentes affectus fusius D. D. *Præses* commemoravit in *dispp. de Hæmorrhoidum anomaliis*, *de Hæmorrhoidibus suppressis*, *de Hæmorrhoidibus symptomatis*: imo *tanta* adstringentium vis est in Hæmorrhoidal negotio adhibitorum, ut effectus *sinistri* inde provenientes

tes hanc facile emendari queant: quid quod accidit etiam interdum, ut in excessivo fluxu haemorrhoidal, ubi sanguis subtilior, congelio fortior & pertinacior est, adhibita adstringentia fluxum praesentem augeant, excessum confirmant ac lethalem effectum & eventum accelerent & promoveant; unde interdum in tali casu & medici & alii homines conqueruntur, quod nulla medicina, aut nullum medicamentum amplius operationem suam exserere potuerit, man habe wohl merken können, daß es mit diesen Zufall zum Todt geben werde, weil nichts mehr anschlagen wollen, und die gebrauchten Arzneyen lauter contraire Wirkungen gehabt.

§. IX.

Et quamvis Mictus cruentus etiam circumspectum Adstringentium usum perferat, tamen incongrue, premature, liberaliter & diutius adhibita remedia, multos & graves sinistros effectus provocant, quos hoc ordine brevibus annotabimus: quae pathemata suppressio Mictus Cruenti causetur, ex parte annotavit Claudinus in Consult. & Respons. Conf. 141. fol. 248. Sicut itaque cruenta Mictio aliquando ex Haemorrhoidibus suppressis ortitur, ita illius Mictus suppressio vobementi impetu in loca haemorrhoidalia ruit, unde colica haemorrhoidales pertinacissimæ, inflammations periculose locorum haemorrhoidalium, affectus nephritici, ischiadici, gonagrifici, podagrifici, dysuria & ischuria pertinax & valde molesta, ulcera vesicæ urinariae cum intensissimis doloribus conjuncta, œdemata pedum, cachexia, ascites, consequuntur: nonnunquam, attamen rarius, molimina haemoptyica superveniunt, sicut concursum mictionis cruentæ & sputi cruenti annotavit Angel.

gel. *Vittorius Consulz. Medic.* 67. p. 217. vid. *Bresl. Gesch.*
 18. *Vers. p. 622. de Mictione cruenta cum Hemoptysi alter-*
nante; quo pertinet concursus hujus mictus cum cruen-
tatione gingivarum, vid. Hæbsterus decad. 1. cap. 2. Hol-
serius de morb. int. lib. 1. c. 51. allegat casum, de quodam
sanguinem per urinam, alvum & vomitum emitente: quibus
observationibus id significare & demonstrare volumus,
quod suppressio mictus cruenti similes partes & regiones
variis morbis afflictionibus submittere queat soleatque:
ita Acta Berolin. reminiscuntur metastaseos mictus cruenti
ad caput decad. 2. Vol. 2. p. 23. conf. disp. D. D. Praesidis de
Mictu cruento: nonnunquam suppressionem mictus cruenti
excipit affectus paralyticus, hemiplecticus, apoplecticus,
beeticus, marasmus senilis, asthma siccum, catarrbus suffo-
catus, impotentia virilis, frequentes colicæ nephriticæ,
alioe anomaliae haemorrhoidales, ominosa virium prostratio,
singularum functionum animalium, moralium & naturalium
*perturbatio & nonnunquam enervatio, stupor mem-
 brorum paralytoideus, aridura & contractura partium,*
*conf. Illustr. Dn. D. Stahlii l. c. ff. 35. Proinde in experi-
 entia medica exempla desunt, ubi mictio sanguinea adstrin-
 gentibus non cessit vid. Riedlini Lin. Med. An. 6. Mens. Aug.
 obs. 3. p. 862. Neque etiam Gingivarum cruentationes pro-
 miscuam suppressionem & adstringentium ordinationem
 admittunt, præcipue quando illæ cum aliis Hæmorrhagiis
 consentiunt, velut cum cæsantibus narium Hæmor-
 rhagiis, aut Mensum suppressionibus & retentionibus &c.
 aut quando illæ periodica existunt, quales Schenckius lib.
 i. de gingivis. obs. 2. allegat, vel si magna congestione sti-
 patæ sunt, ut sanguis ex reliquo corpore ad gingivas lar-*

gnus advehatur, vel si ipsa cruentatio primo suo successu impetuosa est & subinde cum magno sanguinis orgasmo & animi angore sustentatur, ubi communiter affluxus sanguinis ad locum affectum copiosor esse solet: quando etiam talis cruentatio post valde dolorificam dentis extractionem obtigit, quam pertinaces humorum affluxus, in tales hæmorrhagias, aut tumores, aut inflammations interdum abeuntes, sequuntur; quando in subjectis admodum plethoricis & in liberales, largas & solutares Hæmorrhagias proris occurunt &c. in quibus & adhuc aliis circumstantiis adstringentia, confessim adhibita, sinistras operaciones exhibent & inflammaciones in fauibus, collo, aut reliquo capite, *Hemicranias, phrenitides, acutas cephalalgias, vertiginosas* perturbationes, inflammaciones peccoris, hæmoptysica molimina, aut consequentes perfectas Hæmoptyses, aut transitus in pristina loca Hæmorrhagica, affectus spasticos aut plane convulsivos causantur; siquidem ex experientia medica constat, quomodo gingivarum affectus cum Mensibus cohæreant: vid. Schenckius de Mensibus ex gingivis lib. 4. sub tit. Menses e loco alieno fluentes obs. 3. ubi casus ex Ronssæ allegatur, conf. Rhod. Cent. 3. obs. 51. Zac. Lusit. Prax. admir. Lib. 1. obs. 19. Schneiderus de Catarrh. lib. 3. c. 8. p. 278. conf. A. E. L. An. 1727. Mens. Sept. p. 492. de ulcere gingivarum ex Hæmorrhoidibus consolidatis: Dantur vero vicissim casus, qui probant, quod cruentationes gingivarum nullis (adeoque etiam adstringentibus) cederent medicamentis, unde æger e medio sublatus fuit, conf. Schenckius l. c. obs. 3. ex Hollerii observatione Com. 2. ad aphor. 18. & lib. 2. sect. 2. Coac Hipp. nos. quibus annotationibus adhuc addimus historiam ex A. N. C. Dec. 1. an. 3. obs. 316. de Hæmorrhagia

*rhagia post evulsum dentem & morte post subito repressam
salem Hemorrhagiam: quæ singulæ observationes se in-
vicem illustrant & nostram tractationem confirmare adju-
vant.*

§. X.

Præter hactenus propositas observationes placet paucis adhuc reminisci sinistri usus & effectus adstringentium in *Hæmorrhagiis Vulnerum*: etenim si vulnera aut *simplicia*, aut *vasorum sanguiferorum* sanguinem fundunt, insuperque subjecta eminenter *plethora*, proinde *sensibilia*, in *commotiones* & *evacuationes* sanguinis pronæ, fortioribus animi *patheticis* commotionibus *iracundis*, *terrificis*, *libidinosis* immodicis *desideriis* occupatis &c. obnoxia, *diæta plena*, lautæ, spirituose adsueta, variis & frequentibus *exæstuationibus* sanguinis exposita, iteratae ebrierati dedita sunt, si plurimi horum respectuum proximus ad illatam læsionem applicari possunt, si sub vulneratione præsentia ebrietatis, magna *commotio animi*, gravis *exæstuatio corporis* &c. concurrunt, tunc haud securum & salubre est, ut *citius* adstringentia adhibeantur, quæ *repentina repressione* sanguinis graves & pernicioſas alterationes causantur, dum *inflammationes* præcipites, impetuosas & pertinaces, *febres vulnerarias*, *Spasmos* vehementes, *convulsiones*, periculosos *rumores* affectarum partium, cum *doloribus* conjunctos, *congestiones* & *molimina hæmorrhagica*, alia loca aliasque regiones invadentia, pro ratione circumstantiarum *deliria*, *phrenitides*, effectus *soporosos*, *apoplecticos*, *paralyricos*, *syncopticos* insultus, subitaneam *purredinem*, ægerrimam partis mundificationem, *dolores ardentes* & *spasticos* proxime circa affectum

Etiam partem obſtructions alvi & urinæ, graves perturba-
 tions progressus ſanguinis, præcipites translationes ſan-
 guinis in alia & nobiliora ac ſenſibiliora loca, eximia to-
 tius curæ impedimenta, quæ ægrius optimis medicationi-
 bus obtemperant, inversionses vulnerum in ſuſpectos tu-
 moreſ, ominoſas synovias, aut refractarias ulcerationes cau-
 ſantur: hinc periti & circumſpecti medici & chirurgi
 ſolliciti monent, ne in capitis & partium largius ſanguiniferarum
 vulneribus Hæmorrhagia confeſtim coerceatur,
 quoniam talem ſuppreſſionem, ſub prædictis circumſtan-
 tiis præſtitam, modo indicata & adhuc alia pathemata ſe-
 quuntur: hinc Benedictus de curandis morbis lib. i. c. 47.
 & ex hoc Schenckius lib. i. de vuln. capit. obſ. 2. dicunt: quod
 in vulneribus capitis aliarumque partium curandis nonnun-
 quam largiori ſanguinis proſluvio ad convulſiones declinan-
 das indulgendum: quo referimus Paræi verba in chirurg.
 Lib. X. cap. 20: dum dicit (ubi de traſtatione ſagittæ in os-
 ſa defixæ sermonem habet) ſanguis exprimendus ejusque
 liberior effluxus pro virium tamen & partis condizione
 permittendus, ſic enim pars ipsa, plerora & eacochymia le-
 vabitur, minusque inflammatione, putredine, & aliis, quæ
 in meru ſunt, ſympotomatibus, tentabitur: cum quibus ob-
 ſervationibus Paracelsi annotatio ſub congrua limitatione
 & interpretatione concilianda erit, quando de Hæmor-
 rhagiis vulnerum in ſua chirurgia judicat, quod illæ per-
 mittendæ ſint, uſque ad ſtatuum, videlicet ſubjeſto, laefioni
 & circumſtantii congruum: & quamvis non ſemperjuxta
 illius monitum in repeniniſ præſertim Hæmorrhagiis
 ubi periculum in mora eſt, tamdiu cum ſiſtentium uſu
 cunctandum ſit, donec illius cauſa remota fuſt, ſicut Hæ-
 danus

danus cent. 5. obs. 72. hanc animadversionem taxavit, tamen in prædicta annotatione *applausum* utique meretur: hanc *cautelam*, quam præsenti meditatione commendamus, confirmat tanto magis ille effectus, quando aliae *prægressæ consuetæ salutares Hæmorrhagiæ*, hanc viam *insolitam* patefactam ingrediuntur, & ex eadem *vicario* modo urgenter superfluum sanguinem prosequuntur; sicut exempla prostant *Mensum per vulnera fluentium vid.* Schenck. lib. 4: quemadmodum illa observatio in foro chirurgico attento & *judicio* animo annotanda est, quod magna circumspectione adstringentia in Hæmorrhagiis vulnerum adhiberi debeant, quando vulnera *tali tempore inflata* sunt, quo aliae *salutares Hæmorrhagiæ* succedere solent, aut *artificialis* sanguinis subtractio antehac administra fuit: Ex quibus singulis observationibus inclaret, quam *sæpe sinistri* horum remediiorum usus & effectus in Medicina occurrat & quanta sollicitudine ille vietandus sit.

§. XI.

Tam numerosos. & eminenter *perversos* & perniciosos effectus exserunt *Adstringentia sinistræ usurpata*, præc. in *Hæmorrhagiis* diversis, sicut hactenus sufficienter annotavimus; ejusmodi *perversi* effectus proveniunt a gravi & valde *præjudiciosa tonici* motus alteratione, quando videlicet hæc adstringentia remedia adhibita ansam subministrant, aut stimulum addunt, quo sub forti sanguinis affluxu, orgasmo & effluxu, fibræ sic dictæ motrices circa locum *excretionis* repente & vehementer constringuntur, adeoque hæc evacuatio *subito* sufflaminatur: quippe quæ *accelerata* & *præmatura* cohibitio Hæmorrhagiæ præcocem alterationem, non modo quoad *sensum*, vitali-

cœconomie invigilantem, sed & quoad humorum motum,
 & connexarum partium solidarum organicarum statum
 & usum; etenim in tota rerum natura manifestum est, quod
 subitaneæ mutationes gravissimas alterationes causentur:
 quando enim operatio quedam in suo tenaci & imperuo-
 so successu simul & semel cohibetur, tanta in causa ope-
 rante contingit confusio & consternatio, ut perversissime
 consequantur actiones, quarum decursus & exitus utplu-
 rum perniciosus, imo saepe funestus est: quid quod tan-
 ta hujus repentinae alterationis vis est, ut pravi effectus,
 & malæ consecutiones ægerrimè corrigi queant, id quod
 supra in specimine Mensum & Hæmorrhoidum brevibus
 indicavimus, ut facile periti & judiciosi Medici agnoscant
 & deplorent, quandam stragem & perniciem unquam ad-
 stringentia in talibus Hæmorrhagiis præstiterint: imo ve-
 ritati observationis practicæ respondet, quod semper ad-
 stringentia in talibus Hæmorrhagiis speciebus incon-
 gruè propinata præ saguum malum de successu curæ & mor-
 bi ferre urgeant: quanta vero eximia damna, ex subitane-
 is Hæmorrhagiis ad strictionibus propullent & cor-
 pori immincent, haud difficiili indiget demonstratione: in-
 de enim oriuntur præcipites sanguinis, in effluxu suo impe-
 diti, in affluxu vero suo impetuoso non temperari, restra-
 gnationes, nimiæ & momentaneæ vasorum & partium
 opfletiones, indeque subito exorientes sanguinis arduæ &
 magnæ stagnationes, aut plenariae fæses, præcoce corru-
 ptiones, aut functionum, in afflictis partibus perficienda-
 rum, repentinae immutaciones; quibus alterationibus su-
 perveniunt pro partium & individuorum præcipue etiam
 sensibilitatis personalis diversitate, modo impetuosi & ve-
 hementes spasmi, modo atroces convulsiones, modo in-

flam-

flammationes, modo febres & hæ quidem aut valde præcipites & acutæ, aut perquam erroneæ: ejusmodi repentina alteratio ad morbos complicatos, intricatos, corruptos & admodum refractarios contribuit: quid quod una prædictarum Hæmorrhagiæ perverso adstringentis usu of-sensa, totam corporis œconomiam afficere, multisque pathematis obruere potest & solet: hinc in tali statu nulla calamitas sola: quin plane tales consecutiones morbosæ irruunt, quæ sœpe nihil commercii cum Hæmorrhagiis habere videntur: quare varia motuum vitia, nunc in excessu, nunc in defectivo processu, nunc in irregulari successu consistentia, oriuntur: hinc singuli ferme compatiuntur humores, qui modo in libero suo progressu eximie impediuntur, modo subitanea mixtionis & consistentia perversione afficiuntur, adeoque inficiuntur, aut depravata qualitate offenduntur, modo in diversas corruptionum species conjiciuntur, inde porro functiones se- & excretoriae turbantur & communiter minuuntur, impuritates coacervantur, ordines reliquarum operationum pervertuntur, organa deobstruuntur, adeoque specialia illorum officia supprimuntur aut impediuntur, variique connexi pravi effectus, indicato causandi modo, eliciuntur: imo aliquando hæc remedia incongruos conatus hæmorrhagicos alliciunt, adjuvant, excitant & exacerbant, ut ultimam perruptiōnem adjuvando, vehementioribus congestionibus viam aperiant, subinde vero excessivas Hæmorrhagias provocent: sicut vicissim talia remedia, prudenti & artificiose manu adhibita, difficulter erumpentes salutares Hæmorrhagias ad faciliorem fluxum & successum disponere adjuvant: quæ consideratio eo etiam inservit, ut causali explicatione illum effectum illustrare & demonstrare queamus, cur in-

terdum Adstringentium remedia contrarium edant esse.
Etum & Hæmorrhagias præsentes magis excitent, quam
refrænent: de qua *inversa*, in multis casibus etiam *per-*
verfa, imo plane *contraria* operatione adstringentium in
prædictis mentio facta fuit.

§. XII.

Sed quid in tali necessitate *confusii* supereft? quando
miseri quidam patientes in talia *pericula* inciderunt; facta
quidem infecta fieri haud possunt! interim in tali modo
læsis oleo & vino opus est: non negandum tamen est,
quod aliquando in scyllam incidat, qui & charybdin vita-
re studet; quam ob rem magna circumspetione in ejus-
modi casibus opus est: ita afflictos penitus deserere & pro-
gnostico farali relinquere velle, *relligio* vetat & christia-
nus amor obstat, multa vero *salutaria* *promiscue* polliceri
velle, *conscientiam* violat, quoniam tales casus magis in-
deteriorem, quam meliorem inclinant statum, neque in
Medico, harum observationum *optime* gnaro, ejusque *po-*
testate est, ut relevetur æger: siquidem *occasio* *præceps*,
vita brevis & *experimenta* *insufficientia* sunt: *magni* mo-
menti artificium est, si aliquando plures corrigerere possunt;
quod *unus* *sinistro* adstringentium usu perdidit; interim
a perito medico id faciendum est, quo usque vires artis
pertingunt; reliquum *divinæ* directioni relinquendum:
quamobrem aliquando in *præmatura* & *subitanea* suppres-
sione Hæmorrhagiæ *matura* *V.Sio* instituenda, ante-
quam pericolæ *inflammationes*, *spasmodicæ*, *convulsivæ*
aut *febriles* commotiones superveniunt; talis missio fan-
guinis in ejusmodi circumstantiis non debet esse *exigua*,
quamvis Hæmorrhagia præcesserit, quoniam motus in fan-
guine post *adstrictionem* *vehementior* est: deinde opera-
dan-

danda est, quo motus, reliquas salutares & necessarias & vacuationes retinentes, emendentur, ob quam causam convenient *antispasmodica*, *nitroso*, *cinnabarina*, *absorbentia*, cum acidis saturata, *corallia rubra*, spir. nitri dulcis, nec non *lenientia emulsiva*, *gelatinosa*, *laetiticia*, *decocta lenitiva*; ad *alvum* seorsim allevandam oleosa *lenientia interna*; clystères lenientes, cataplasmata lenientia, mannam cum cremore tartari oleoque amygd. dulc. aut lacte mixtam commendamus; proinde convenient auxilia *sanguinis* motum in *aqualem* progressum & distributionem redigentia, velut *infusa calida* ex rad. cichor. *scorzon.gramin.* liquir. C.C. raspat. passul. min. tremor. tart., cum dimidio aquae & lactis conficienda; ut & potionēs ex aqv. destill. *scorzon. ceras. nigr. Plantag. fl. sambuc. acac. gelat. C.C. liq. spirit. nitr. dulc. syr. papav. rhæad.* præter hæc conferunt *secura & selecta sedativa*, *minime* opiate, neque etiam facile aut promiscue castorina, sed *papaveracea*, aut decocta aut emulsiva; quo etiam flor. chamom. vulg. sambuc. aneth. acac. spestant, qui decoctis combinari possunt: præstat tamen in ejusmodi casibus *antispasmodica* & *lenientia* vicibus *repetitis* adhibere, haud vero remedia sanguinem valde commoventia interponere: pro re nata profund *pediluvia*, *fomenta*, & *alio modo* extrinsecus partes *strictas relaxantia*, velut in *Hæmorrhoidum*, *Mensium & Lochiorum* præmatura suppressione: præterea etiam in tali necessitate *congruam* medelam retardare haud convenit, sed *primis* principiis mox obstare expedit, neque tamen decet correctionem ejusmodi sinistri adstringentium effectus *impetuose* urgere, quoniam ejusmodi casus *moderate*, attamen cum efficaci successu tractari debent: Quando effectus sinistri prædicti in *chronicos* morbos abeunt, tunc in non-

nullis casibus *Balnea & acidula* utilitatem suam promittunt, modo *tempestive* adhibeantur, priusquam humorum *stagnationes*, aut viscerum *induraciones firmorem* sedem occuparunt: ubique tamen moderata *humectantia*, leniora *resolventia*, & temperata *lenientia* convenient: siquidem repetita sanguinis ventilatio proinde commendationem meretur; quid quod aliquando in repentina *urgente* necessitate artificiose & methodice *repetita* talis VSectio utilis & necessaria existit: habent etiam in quibusdam casibus *revulsiva* suum locum, quando videlicet ex *incongruo* adstringentium usu repente *translationes* periculose in *olia suspecta* i.e. *majus* periculum involventia loca abeunt: *Panaceæ* instar in talibus casibus convenient *pulvis antispasmodicus Stablianuſ*, quater quinques per diem naturalem adhibitus & cum pilulis *Stablianis* interposita vice adhibitus, quæ posteriores iterum necessarias & *salutares Hæmorrhagias*, *tempestive* tamen & *methodice* adhibitæ, in ordinem ducere & aliorum remediorum oblatorum & præmissorum *finistrum effectum*, *relative* corrigere adjuvant: sufficient haec *fundamentales & generales annotationes Præticæ*, præsenti tractationi quadrantes: specialiores ulteriori meditationi relinquimus; nunc vero huic explicationi finem imponimus; humillinis itaque divinam bonitatem celebramus laudibus, quod præsenti nostro conatui & proposito annuere voluerit, quam devotissimis etiam pre-cibus flagitamus, quo cœlesti suo adjutorio efficiat, ut huic tractationi salutaribus successibus exoptatus præsto sit

F I N I S.

Quæ

Quae scena rerum? num Podalirius
Resurgit urna? natus Apollinis,
Novusve Chiron prodit orbi,
Ut trepident, fugiantque morbi?
Sic est. Hygeæ Clarus honoribus,
Et laureata fronte superior,
Fridriciana vult abire,
In patriam neo- Doctor ire,
I, perge, ventis pergito prosperis;
Praxin futuram numina sospitent,
Per suaviorem perge morem
Corporibus renovasse florem.
I, perge, felix vulnera subleva
Danis ægriori pharmaca corpori,
Hygea dignum TE profatur,
De titulo TIBI gratulatur.
Pestis, malorum grandior Ilias
Devastet orbem, Struma, Sreatoma,
Aphthe, Parotis, Noma, Flatus
Hippodatæ regione natus.
Incestet auras, sanguis inertia
Lenta volutus corpora Colchico
Lambat veneno, tu petitam
Des patriæ medicando vitam.
Seu sanitatem subruat impius
Sub corde Causus, seu Cephalalgia
Causet dolores, tu petitam
Des patriæ medicando vitam.

Epiphonema.

Exhbeo VerI, qVæ respiCe, MVnera CorDis.

Car. Frid. Pfister de Burgdorff,
Austr. Vien. AA. LL. & Phil. Mag. Med. Cand.

Exercitatus mille laboribus,
Centumque curis jam satis improbis
Atletha vexatus, duello
Victor abis generosiore.

Post bella fausto Marte silentia,
Victoriosus quæ duce pallade
Bellator intraisti, mereris
Lauricoma radiare fronte.

Sublimiorum culmina fulgidus,
Conscende honorum, nefcia sordido
Latere virtus in profundo,
Te meritam vocat ad coronam,

Non indecoro pulvere sordidam
Capessé laurum, quam tibi poplite
Me nunc recurvo ferre demum
Docta jubet Medices facultas,

Scientiarum clarus adoreis,
Et docta cinctus tempora laurea
Post detriumphatos labores
In patria sine fine splende.

*Hic se Declissimo Domino Candidato amico suo sua-
vissimo debitissimam animi sui observantiam
testata facere voluit*

Petrus Linden,
ex comitatu Lippiensi Westphalus
LL. Cand.

SanVs Long-
Grata feras qV-
sors serVet s-
LUltra ferant C.

Mancas Neo- DoCtor In-
fortVnae Libera n.
phcebI sis rore be-
Dein sis sVper astra reL-

*DIGatVr EX affCtV pVrI anIMI
ab obsequiosissimo Pratriota, ac intimo
Dom. Neo- Doctoris Amico*

Fran. Ignat. Liedlinger,
Sil. Breg. Jurium Cand.

Mercurii, doctus lætatur Apollo, relatus,
Quod famæ cupias scandere jure gradus.
Artis Apollineæ venerabilis ecce Facultas
Munera Doctoris suppeditare lubet.
Florentem lauro præsentat Hygea coronam,
Nexuit hanc solidi grande laboris onus.
Morbos tam chronicos, medicamine pellis au-
cutos,
Id tibi succedat prosperitate Dei.
Apprecor, ingenii, praxisque vigere labores,
Ut fructus nunquam fine carere queant.
Gratulor inde tibi, conscendere culmen hono-
ris,
Lætor successu prospero amice tuo.
Nestoreos annos vireat tibi fructus honoris,
Nomen ab æterna posteritate feras.

F

Diri-

Dirigat Omnipotens mea vota, precesque se-
cundet,
Qui tibi principium, qui tibi finis erit.

Franciscus Milner,

Med. Stud. Brunsberga - Borussus.

Dignus, ut dextra tibi ferta nec tam
Lauream Doctor decorande flectam,
Est enim virtus tua quæ meretur
Ut decoretur.

Jure Doctoris titulum mereris
Dignus, ut tali titulo noteris
Qui tuum cursum colophone donat
Fine coronat.

Cordis observas, animique motus
Crederis Paeon, Machaonique notus
Arte clarescens, Medicusque gnarus
Undique clarus.

Anteis plures Medicos peritos
Arte quantumvis satis expolitos
Jure de Phœbo sapiente plenum
Dico Galenum.

Ergo nunc Doctor tibi gratulamur
Artis & gnarum Medicæ profamur
Dat tibi laurum ratione sana

Fridriciana,

Tela quod jactant pharetræ Dianeæ
Grana quot campis fluviisque ranae
Tot nova landis tibi constituta

Sume tributa.

Opto

Opto tot Degas nItreasqVe :
Lata qVot sVrgens ThetIs est ap-
Atropos Vltæ reſeCare ft-
- aMen
protrahat-

*Paucis bīsc versiculis Clarissimo Domino Cand.
Denicler de merito Doctoratus honore gra-
tulatur*

F. W. Prætorius,
Königsberga Neo-Marchicus Med.
Cand.

Cum Doctorali redimitus tempora lauro,
Invises Patriæ limina grata tuæ,
I felix ventos precor aspirare secundos
I, Patria impatiens te remeare cupit,
Doctorem votis te centum quisque salutat
Absentis longas increpat usque moras,
Omnes te cupiunt præstare medendo salutem,
In patria doctam quisque reposcit opem,
I, praxis tibi fausta fluat Dii cœpta secundent
Adventu fugiant morbida castra tuo.

Ita vox

Francisc. Arnold. Costerus,

ex Liebenburg. J. Cand.

Pic.

Plerides musæ pindi per prata profusa
Agminibus Juncta, properate ad Carmina Cunctæ,
Cimbala Vestra sonent, resonantia verba redonent,
Nunc Culmen Scandit, cui Virtus ostia Pandit,
Per pulchros Mores doctoris Nactus honores,
Per doctam Vitam generoso pulvere tritam,
Vertice Cui Crescat laurus, sine fine virescat,
Quæ feret optatum fructum hoc Certamine Natum,
Dum in Patriam tendit, praxis primordia prendit,
Quæs adsint Vivi Cœlesti munere rivi,
Hoc Voveo totis, quæ fundo pectore, Votis.

Ita Nobilissimo Domino Candidato Amicoque suo Suavissimo animitus aplausit

Bernard. Max. Radts,

Liebenburgensis LL. Cultor.




01 A 6509

ULB Halle

002 931 249

3







F.2

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
 DE
ADSTRINGENTIUM PERVERSO
 IN HÆMORRHAGIIS USU ET EFFECTU,
 QUAM AUSPICE DEO PROPATIO
Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,
 IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
 PRÆSIDE
DN. D. MICHAELE ALBERTI,
 SACR. MAJEST. REG. BORUSSIAE AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO,
 MEDIC. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.
 FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,
 Domino Patrono ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,
 PRO GRADU DOCTORIS,
Summisque in Medicina Honoribus & Privilegiis Doctoralibus legitime impetrandi,
 HORIS LOCOQUE CONVENTIS, ANNO MDCCXXIX. D. AUGUST.
 PUBLICAE AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBIICIT
 RESPONDENS
IGNATIUS DENIGLER,
 LANDESHUTA - SILESIUS.



HALÆ MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.